



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gloria immaculatè conceptæ Deiparæ Virginis Mariæ  
Centvm Ecclesiae Testimoniis, totidemq[ue]  
anagrammatibus ex salutatione angelica deductis ornata  
& stabilita.**

**Colonia, 1662**

Decas VI. Anagrammatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53177)

**IX. Verum Dei agnum immaculata paries.**

S. Epiphanius de laudibus Virg. eam appellat ovem immaculatam, quae peperit agnum Christum, & juvenam nunquam iugum expertam.

**X. I alma, intacta Era, virgo semper munda.**

Sedulus lib. 2. operis paschalis ita canit:

Ac veluti spinis mollis rosa surgit acutis,  
Nil quod laetitiae habens, matremque obscurat honore;  
Sic Eva de stirpe, facie veniente MARIA,  
Virginis antiquae facinus nova Virgo piavit.

## DECAS VI. Anagrammatum.

**I. En tu immaculata, nam Virgo Deipara es.**

**E**t Sancti juxta doctique post antiquiora Patrum seculi Doctores immaculatam Virginis Conceptiōnem professi sunt. Ita S. Petrus Chrysologus in serm. de Annunt. n. 140. ait: Pervolat ad sponsam festinus interpies, ut a Dei sponsa humanae desponsationis arceat & suspendat affectum, neque auferat a Josephi Virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata, cum fieret

**II. Age pure animata, mire cumulata donis.**

Sanctus & sapiens Idiota, qui circa annum 200. floruit: Non defuit tibi puritas Angelorum, &c. nullo genere vacasti virtutum, o Virgo gloriofissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati, sive originalis, sive actualis, sive mortalis, sive venialis non est in te, nec unquam fuit, nec erit. Sed adest omnis gratia naturalium bonorum, spiritualium charismatum & cœlestium donorum.

**III. Ruat amare angus, immane caput elido.**

S,

*immaculate conceptæ.*

S. Fulgentius *de dupli Christi Nativi*. In primi hominis conjugi nequitia Diaboli seductam depravavit mentem, in secundi autem hominis matre gratia Dei, & mentem integrum servavit, & carnem.

*IV. Iras maculante Adæ penitus ignorat.*

S. Ildefonsus *lib. de Partur. Virg.* Constat, ait, illam ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam non solum maledictio matris Hevae soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonetur.

*V. Sole pure ac mire mundæ animata riget.*

S. Joannes Damascenus *Orat. i. de Nat. D. V.* O beati, inquit, Joachim lumbi! immaculatum semen! Natura gratiae foetus in antevertere inimicè ausa est, verum tantisper expectavit, dum gratia frumentum suum produxisset.

*VI. Tota sine macula Adam pure germinavi.*

B. Petrus Damianus *serm. de Assumpt. B. V. Caro Virginis* ab Adam sumpta maculas Adæ non admisit, sed singularis continentiae puritas in candorem lucis æternæ versa est.

*V. I. Pura & digna mater, summa cœli ianua.*

S. Anselmus *lib. de concept. beatiss. V. c. 18.* Decebat, ut illius honiinis conceptio de Matrie purissima fieret. Nempe decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret.

*V. II. Unice magna Deiparata tuta è mortu mali.*

S. Bruno *in serm. de Nat. E. M.* Hæc linea incipit ab Heva & desinit in MARIAM. In principio est mors, in fine vita consistit. Mors per Hevam facta est, vita per MARIAM reddita est. Illa à Diabolo victa est, hæc Diabolum ligavit & vicit.

*LX.*

## IX. O sane claram &amp; puram Dei vivinatam.

S. Amphilius in orat. de Nat. B. M. V. Quid stulte à veritate dissentis, Deique placitum in sanctissima Virg. ad communem salutem providè dispositum detrectas atque ienuis? Qui enim antiquam illam Virginem sine pio obro condidit, ipse & secundam sine nota & crimine fabricatus est.

## X Alma Virgo ante easum Ad prelustra.

S. Norbertus post institutum ordinem suum in honorem D. V. officium immaculatae Conceptionis introduxit, in quo haec verba leguntur: Ave Virgo Spiritu S. p. æservante, quæ de tanto primi Parentis peccato triumphasti innoxia.

## DECAS VII. Anagrammatum.

## Pramonitio.

**C**um olim in Ecclesia nemo ambigeret de B. Virgine ab origine & omnimodè immaculata, atque illi Patres Doctoresque Ecclesie, qui Christum humanam carnem ab originali labe immunem ex Deipara assumptisse profiterentur, hanc ejus Matrem, ex qua Carnem sumpfit, simul viderentur eximere, ne Christus illud, quod aliquando Damoni subjectum fuisset, assumpsisset diceretur, evenit tamen post undecimum Christi nativity seculum sub D. Bernardo, ut Lugdunenses in Gallia Canonici nova aliqua festa, ut SS. Trinitatis, immaculata conceptionis, &c. sine autoritate sedis apostolice inducerent in Ecclesiam celebranda, cui insolentia D. Bernardus occurendum ratus, eos vehementer reprehendens.